



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**ORATIO || DE IVBILAEO || CHRISTIANO, ANNO ||
M.D.LXXVII. in Natalitjs Domini || & seruatoris nostri Iesu
Christi habita,|| In Academia Tubingensi.||**

Schnepff, Dietrich

Tvbingæ

Generosissimo Domino D. Ioanni Iacobo à Lamberg, Libero Baroni in Stein
& Gutenberg: Hipparcho hæreditario in Carniola, &c. Domino suo
clementissimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36601

GENEROSISSI
MO DOMINO D. IOANNI IA-
sobo à Lamberg, Libero Baroni in Stein & Gu-
temberg: Hipparcho hereditario in Car-
niola, &c. Domino suo clemen-
tissimo.

Cum proximis Natalitijs, Domini & servato-
ris nostri Iesu Christi, de Iubilæo Christiano
orationem habuissem, amici & studiosi adole-
scentes quamplurimè à me maiorem in modum
petebant, ut eam typis euulgarem. Quod cum
aliquoties ipsis negassem, tandem ipsorum
flagitationibus victus, edere eam constitui: ut ipsorum honesto de-
siderio hac in parte satisfacerem. Vestræ autem Generosæ Domina-
tioni illam inscribere volui, quod sciam, eam exercitationibus Theo-
logicis omnibus, maiorem in modum delectari: præterea etiam cum
oratio ista recitaretur, ætium illum illustri presentia sua exornasse.

Animaduerto autem G. D. V. ea in re, Insignia illa lumina
CARNIOLANAE prouinciæ & familie Lambergianæ (alioqui
etiam amplissimæ & antiquissimæ) imitari, Generosissimū Dominum
D. IOHANNEM GEORGIVM à LAMBERG &c. Do-
minum patrem Vestrum, & GENERO: D. IACOBVM à
LAMBERG auum, eiusdem Prouinciæ CARNIOLANAE
presidem: Heroes omni laude prudentiæ, animi magnitudinis & Vir-
tutum Clarissimos. Qui sinceram Euangelij doctrinam, ad vltimos
vsq; spiritus, & amarunt & defenderunt: Vestræq; G. D. authores
fuerunt, ut ea nihil illa iudicet esse antiquius aut præstantius.

Quorum in locum cum tutelæ nomine Nobilitate generis, & ve-
rè Christianis virtutibus ornatissimi & lectissimi viri, Dominus
COSMVS RAVBER in Vucineck & Creuperg Eques auro-
ni, & Caroli Archiducis Austriaci consiliarius &c. D. MARTI-

A 2 NVS

MVS GALLÀ GALLENGSTEIN & Grauenberg; **D. BALTHASAR RASP**, in Altenlaack (hoc tempore quæstor pronuncia) succederent, pro sua egregia pietate, & perpetuo fauore in consensu Rempub: Christianam, ut votis Parentum V. G. D. satis fieret, ante biennium ad Academiam nostram, percipiendi ingenij cultus & religionis purioris gratia eam miserunt. Quod consilium, merito apud omnes laudem meretur maximam, ita G. D. V. ea in re quum prædicatione omnium dignissimum est. Elaborat enim ipsa patrium decus: & sic existimat tum se rectissimè facturam, si non ad in bonorum amplissimam possessionem, sed præclarissimam hereditatem paternæ laudis veniat.

Fiducia ergo istius animi G. D. V. hoc chartaceum munusculum offero: maiorem in modum orans: Ut ea non tam tenuitatem illius sitam, quàm animi promptitudinem & in hoc officij genere constanti spectare velit.

Deum æternum patrem Domini & liberatoris nostri Iesu Christi toto pectore oro, ut G. D. V. quam diutissimè conseruet inuicem & præclaros illos Heroes, qui hodie in **CARNIOLA** nostro animo Christum consentunt, et suam erga Academiam Tubingensem beneuolentiam, luculenter testantur, quod ad nos studiosum in superioribus quidem temporibus **GENEOSISS: BALTHASAR NE S ab AVRSBERG**, & hætenus etiam multos alios aduersantes apprimè nobiles miserunt, tum etiam ex eadem in schola aduocata Ecclesiastica viros egregios quotidie vocant, clementer aduocatis sui gloriam tueatur.

Bene & feliciter in Iesu Christo valeat Generosa Dominatio Vestra. Date Anno Christi Millesimo quingentesimo septuagesimo octauo. Mense Ianuario.

G. D. V.

Deditis.

Theodoricus Snepffius, D.